

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Matronae munificentissimae Dorotheae Friedericae
Lucretiae de Pelcke, natae de Bernhold in Eschau, ...
parentabunt ... cives ...**

Sachs, Johann Christian

Carolsruhae, 1769

"Eundem in finem, eadem conditione mille florenos posteritati donavit
Friderici VI [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-116002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116002)



simo GEROLSECCIORVM stemmate, bis mille legavit florenos, quorum usura duo juvenes, liberalibus studiis operaturi fruerentur.

Eundem in finem, eadem conditione mille florenos posteritati donavit FRIDERICI VI. Marchionis conjux, CHRISTINA MAGDALENA, IOANNIS CASIMIRI Comitis Palatini Bipontini filia, ex CATHARINA, CAROLI IX, Regis Sueciae filia, GUSTAVI ADOLPHI Regis sorore, prognata.

Nec reticenda sine piaculo CAROLI MAGNI Marchionis conjux MARIA JULIANA, GEORGII FRIDERICI, Comitis Hohenloici filia; quanquam peregrinis magis, quam civibus benefecisse iis videatur, qui, quam arcto vinculo patria nostra cum florentissima Basilea sit conjuncta, ignorant. Marito anno 1658. extincto superstes, cum sedem Fridlingae, vico ornatissimae Basileae olim vicino, fixisset, centum florenos celeberrimo Gymnasio Basileensi legavit, forsân, ut facilius Badensibus in Athenaeum illud aditus pateret. *)

Transeundum ad nostram aetatem. Serenissimae MAGDALENAE WILHELMINAE, piae, castae, constantis summa in patriam merita, omni elogio majora, gratissimo animo et nos laeti veneramur, et grata semper posteritas recolet. Haec beatissima HERI nostri CAROLI FRIDERICI, fratrisque, quem habet, Celsissimi WILHELMI LUDOVICI tutrix et avia, ut praeclara in ipsa

*) Vid. elegantissima oratio saecularis, quam amplissimus I. R. THURNI-
SIUS A. 1760. Basileae habitam edidit.

Loeraci floret,
Roetelani jecit
Roetelae, qui
um reliquerat
ous, Bernardi
etelae totidem
ut usitata lo-
censis Familiae
iae Roetelanae
utem coepere.
Is anno supe-
exit provincia-
raece, ebraice
tilibus flammis
ipsis sedes pa-
ui adhuc fuere
rectoris digni-
ogogium.
cipes foeminae
MDLXXIV. suis
c artibus imbui
CVS Marchio
ertam pecuniae
citata exemplo
ix, ex antiquis-
simo